

98 *Christianus suam vitam* CAP. 14.  
talis sit, non potest mundus cum omni-  
bus suis pompis nec unam animam  
recuperare.

### CAPUT XIV.

VERUM CHRISTIANUM DEBERE  
exemplo Christi mundum contemne-  
re, & suam vitam in hoc mundo  
odisse.

*Luc. 14. Si quis venit ad me, & non  
odit animam suam, non potest  
meus esse discipulus.*

*Johan. 12. Qui amat animam suam  
perdet eam; & qui odit animam  
suam in hoc mundo, in vitam æ-  
ternam custodit eam.*

**Q**ui seipsum ofurus sit, ei primum  
necesse est ut semet non amet;  
tum ut quotidie, peccatis moria-  
tur; deniq; ut assiduo secum & cum  
carne sua luctetur. Nihil autem homini  
salutis suæ studioso majori damno ac  
impedimento est, quam amor propri-  
us, illa dico carnalis philautia, de qua  
toto hoc libro sermo est futurus, non  
autem studium illud sui conservandi.  
Etenim cum solus Deus amandus sit,  
sequitur qui seipsum amat, idololatrã  
esse

*Philau-  
tia sum-  
mũ ani-  
mæ ve-  
nenum  
& Ido-  
latria.*